



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Oecolampadivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLUSIO SECUNDA.

deo in eis nulla sit cōplacentia, sed futurū ut mundū sacrificiū gentiū ad fidē Christianā uenientiū in omni loco offerat, hoc externū indicat sacrificiū scdm cōmunē intellectu, & sanctorum doctorū, quod autē doctor in hoc intellectu mihi aduersat, hoc ego dimitto. Relinquens hoc cognitioni & censuræ cuiuslibet Christiani lectoris, & gratiosis dominis meis laudandis dixeris, ut ex illis eliciant quod eis & suis subditis profuturum & utile duxerint. Quibus cōcludo cum petitione & monitione ad dñm meū doctorē Iohannē Oecolampadiū, quod in hoc articulo se non segreget a cōmuni catholica & Christiana ecclesia &c. sicut in primo articulo rogatū fuit.

D. OECOLAMPADIUS.

Christus in cœna non dicit offeratis, Epistola ad Hebræos clara est, cui non cōtradicit ecclesia. Ad Melchisedeq respōdeo quod opus fecerit misericordiæ, Abraham namq; mirabile bellum intulerat, paucis multos deuicit. Quare autē Christus Melchisedeq nomine, legat vj. cap. Heb. Ratiōe antiquæ trāslationis libēter in ea quietor, ubi cum græca ueritate cōcordat. Externū sacerdotiū cum sacrificio ceremoniali sicut Christus instituit, nō denegauī. Malachiā prophetā expono cū uerbis præcedētib⁹ & sequētib⁹. Cum his oia scripturis cōquædamus, & iudicio illorū quæ uerbu dei cognoscunt.

D. ECKIUS.

Epistolam ad Hebræos esse clarā hoc admitto, sed earū intellectus est falsus. Ad mirabilē uictoriam Abrahe concedo, sed eo magis credēdus est Melchisedeq obtulisse, deoq; gratias egisse, & hoc sacrificiū secundū temporis usum hodie non erat cōmestum, ubi diuus Paulus ad Heb. vj. exponit, quomodo Christus sit Melchisedeq, sed suæ oblationis non fecit memoriam, quia necesse non erat. Ego sacerdotiū recognosco, prout illud Christus instituit, & sancta ecclesia ferme mille & quingentis annis usa est. Apud intellectum circa Malachiā datum permansurus concludo ut prius.